



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXVI. Herzog Barnim von Pommern bestätigt dem Kloster Chorin die Zollfreiheit in den Pommerschen Landen, am 16. November 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXV. Der Rath der Stadt Angermünde bezeugt, daß die Wittwe Hennings von Schönemark ihr Witthum im Dorfe Herzprung dem Abte von Chorin aufgelassen habe, am 30. Juni 1335.

Nos Consules Ciuitatis anghermundensis vniuersis presencia visuris ac auditoris recognoscimus publice profitentes, et ad vniuerse posteritatis noticiam cupimus deuenire, Quod Relicta Henningi de Sconermarke, dicta . . Beygherinne, in presentia nostra constituta, proprio ex motu et voluntario rite et racionabiliter resignauit omnia bona, que nomine dotalicii in villa hertsprung possidebat et ex iure habere videbatur, integraliter et amice ad manus Domini abbatis, Reuerendi in cristo patris, et ad vtilitatem et perceptionem Ecelesie Corynenfis, adiciens eciam, quod non ex coactione cuiuscunque resignacionem fecerat prenarratam. Item ipsa fedus seu promissum iniuit coram nobis sub hac forma, Quod quandocunque fuerit requisita predicta bona beniuole debet et tenetur in presencia Marchionis dicto domino abbati Corynenfi integraliter resignare. In cuius rei evidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum angermund, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., in die commemoracionis Pauli apostoli gloriosi.

Nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives.

LXVI. Herzog Barnim von Pommern bestätigt dem Kloster Chorin die Zollfreiheit in den Pommerschen Landen, am 16. November 1335.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Barnym, dei gratia Stetinenfis Pomeranie, Slaue et Cassubie Dux, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in sempiterno saluatore. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod litteras illustrium principum ac Dominorum videlicet domini Barnym Ducis Stetinenfis, aui nostri, et domini Ottonis patris nostri karissimi, Ducis ejusdem, vidimus non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte vitiatas sed sigillis eorundem perfecte munitas, ob laudem et honorem omnipotentis Dei et gloriose virginis matris Marie ac ob salutem animarum omnium progenitorum nostrorum nostreque et puerorum nostrorum monasterio et dilectis nobis Abbati totique Conuentui in Chorin Cysterficiensis ordinis super libertate thelonei gratiose donatas. Nos vero progenitorum nostrorum donationem prout dignum est gratam et ratam habentes, ad petitiones abbatis et conuentus predicti monasterii, quorum nos orationum ac aliorum eorum bonorum operum participes esse cupimus, pefatam et indultam eis gratiam tanquam renouantes et donantes eandem litterarum nostrarum patrocinio duximus appropriandam et perpetuo confirmandam. Vnde statuimus, ut per omnem nostrum Ducatum domino Abbati et omnibus fratribus suis ad proprietatem Choryn pertinentibus, siue sint de curiis eorum siue de claustro, liberum sit emere et vendere, inducere et educere et sine omni exactione thelonei pro suis usibus et indigentis quoad victum et vestitum sibi necessaria quomodolibet comparare. Attentius precipientes tam Aduocatis et Officialibus quam aliis nostris hominibus vniuersis presentibus et futuris, Abbatem et totum Conuentum monasterii Choryn in suis negotiis semper

promoueat et sub obtentu gratie nostre districte prohibentes, ne quis de ipsis vel de equis vel de allecibus seu de quibuscunque rebus aliis eorundem exigendo theloneum ipsos presumat vel audeat aliquo modo molestare. Ut autem hoc nostre donationis, appropriationis simul et confirmationis statutum perpetuo teneatur inconvulsam a nobis et a nostris successoribus uniuersis, dari iussimus presens scriptum. Datum et actum in Chorin, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta proxima post festum beati Martini Episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum. Presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Schenynge, Vickone de Hyndenborch, militibus, Reymaro Vredberni, Canonico Camynenfi, Henningo de Reberghe, Hinrico de Stegelyz, Ditliuo de Eyghorft et aliis pluribus fide dignis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 474.

LXVII. Herzog Barnim von Pommern weist seine Vögte und Beamte zur Beobachtung der von ihm dem Kloster Chorin bestätigten Zollfreiheit in Pommern an, den 16. November 1335.

In nomine domini Amen. Nos Barnym, dei gracia Stetynensis, Pomeranie, Sclauorum et Cassubie dux, Recognoscimus presentibus publice et protestamur, quod progenitorum nostrorum, videlicet domini Barnym, aui nostri, necnon domini Ottonis, patris nostri, litteras non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas vidimus continentes, quod gratiam et libertatem religiosi viri abbati et conuentui monasterii chorynensis, Cystericiensis ordinis, contulerunt stabilem, videlicet quod absque exactione theolonii per totum nostrum ducatum emere, vendere et educere licite poterint pro necessitate victus eorum et vestitus. Cupientes igitur participes ipsorum fieri orationibus aliisque operibus bonis, prefatam et indultam eis gratiam ratam et gratam habemus ipsamque perpetue duraturam presentibus confirmamus, omnibus nostris officiais et aduocatis districte et gratie nostre sub optentu iniungentes, ne premillis aliquo modo presumant vel audeant contraire. Datum et actum choryn, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX quinto, feria quinta proxima post martini episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum, presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Scheningen et Reymaro Vredberni, Canonico Caminenfi, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

LXVIII. Pappst Benedict XII. bestätigt dem Kloster Chorin seine Privilegien,  
am 13. April 1336.

Benedictus, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Abbati et Conuentui monasterii in Chorin, Cisterciensis ordinis, Brandeburgensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum in-